dillationibus et legalibus impedimentis, non differendo ad quietationem postea
ultra primos Officij praesentis Castrensis Capitanei Premysliensis terminos dilla-
tionem sibi nunc recipiendo nullasque motiones, appellationes, ac earum
prosecutiones faciendo ac praemissa omnia quoque simplicibus vel triplicatis
Evasionibus suspensionibus fatalijs Juris, praescriptione Terrestri bello,
Conventionesque ac alijs quibusvis remedijs et defensis non subterfugiendo
nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recogni-
tione ad praemissa omnia mediante.

Jaskmanicki Ochrzymowskiego Quietat

903

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capi-
tanicalibus Premysliensibus Generosus Jacobus de Jaskmanice Jaskmanicki
Sanus mente et corpore existens, à Terris Dismetibus Juribus Jurisdictioni-
busque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, praesenti vero Castren-
sis Capitanei Premysliensis Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet secum succes-
sionibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit; Quia
ipse Generosum Felicianum Ochrzymowski et eius posteros de Summa
Ducentorum Viginti florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per eundem
Generosum Ochrzymowski Scripto certo manuali, de actu et data illius
eidem contentis inscripta et ad Solvendum Assecurata, nec non de eodem
ipso Scripto manuali, ob plenariam sibi Recognoscenti praestitam sa-
tisfactionem Summaeque supra scriptae Ducentorum Viginti florenorum Po-
lonicalium realem et effectivam persolutionem, Quietat, emittit, dimittit libe-
rumque et absolutum perpetuo et in aevum pronunciat, Scriptum hoc idem manu-
ale in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat, sibi suisque posteris
ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.